

1763, 4

Mbl. 5

VIR O
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, DO-
CTISSIMO, CONSVLTISSIMO
DOMINO
IOANNI CHRISTIANO
KOEHLER,

ADVOCATO ET NOTARIO REGIO IN REGIA

ELECTORALI SAXONIAE

CELEBERRIMO

SUPREMOS IN IVRE HONORES

IN ACADEMIA VIADRINA IMPETRANDOS

EX SINCERO ANIMI AFFECTV

CONGRATVLATVR

HENRICVS AVGVSTVS WILDENHAYN, LIP.

SUPERVISOR FRANCOFURT.

Coramibus, sed etiam in aliis, non in rebus publicis.



JOANNI CHRISTIANO KOEHLER.



Intemerata sedet Themis aequa lance datura
Vnicūique suum; libramque tenendo sinistra
Esse sibi cordi, quod fas aequumque, docere
Gestit; et ancipitem dextrā gerit acriter ensim
Omne nefas ultura probro moderamine mentis.
Id quod ut haut temere faciat, neque coecus amore
Impetus, aut odii stimulis agitabilis ardor
Abripiat Sanctam, patulas habet omnibus aures,
Sed vigiles alacresque oculos circumdata cingit
Fascia, ne minimus personae ~~veritas~~ ^{HEIRICUS} Jura respectus
Corrumpat, neque judicium sibi adulteret ullum.
Sancta per aeternas leges, nec rupe movenda,

Qua sedet immobilis, jus inviolabile dicit
Naturae inscriptum.
Cur ergo jura per orbis
Terrarum fines Scripto hoc sanctissima laedis,
Astraeae Suboles, Themidos Sacrae tentans?
Sunt aequalibus aeternitiae aequalia jura.
Sic ratio dictat, sic ad dictamina legis
Naturae juris civilis lege sequendum est.
At quis, quaequo, sibi est ex parte aequalior omnia
Germina quam proliis ab eodem nata Parentum
Sanguine? Dic, fodes, quid convenientius aequo,
Et quid justius est, quam participare reliquos
Ex aequo bona prognatos, natasque Parentum
Haeredes ex asse pares? Dic ergo, quid audes
Afferere hoc scripto, quod tam vehementer abhorret
A Themidos placitis, cuius jam praemia captas?
Pone, novem haeredes moriente Parente reliquos;
Sex natos, natas reliquas: Sit curta supellex
Ad numerum tantum, bona sint mediocria tantum.
Quid reliqui facient sex nati praeципientes
Insumptus tantos ad honores rite parandos?
Quid reliqui fiet natabus rite locandis?
Vnciolam dodrantis habent ex asse minuta!

Hinc TIBI promeritos equidem jam grator honores,
Atque TIBI faustos, laetosque Parentibus opto:
Verum cum laeso TIBI restauretur oportet
Gratia foemineo sexu. Peccasse fatere;
Et repara damnum scripto contraria falso!
Nomine dēinde meo post tot tantosque labores
Dulce solum Patriae salvere Tvosque jubebis,
Imprimis quarum rem gessi, nempe Sorores.



ULB Halle
004 393 171

3



f TA → D
nu 11 10 Stück verknüpft



VIRO
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, DO-
CTISSIMO, CONSVLTISSIMO
DOMINO
IOANNI CHRISTIANO
KOEHLER,
ADVOCATO ET NOTARIO REGIO IN REGIA
ELECTORALI SAXONIAE
CELEBERRIMO
SVPREMOS IN IVRE HONORES
IN ACADEMIA VIADRINA IMPETRANDOS
EX SINCERO ANIMI AFFECTV
CONGRATVIATVR
HENRICVS AVGVSTVS WILDENHAYN, *Lip.*
SVBRECTOR FRANCOVR.